



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Viator Christianvs Recta Ac Regia in coelum Via tendens**

Soliloquium Animae. Vallis Liliorum. De Tribus Tabernaculis. Gemitus & suspiria animæ pœnitentis, seu de Vera Compunctione Cordis. Cohortatio ad Spiritualem profectum

**Thomas <von Kempen>**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

X. De contemptu omnium consolationum terrenarum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53320](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53320)

CAP. X. *De contemptu omnium consolationum terrenarum.*

*Psal. 76.* **R**enuit consolari anima mea.

Noli evagari anima mea post vanitates & insanias falsas; sed convertere ad Dominum Deum tuum, quia ipse fons totius consolationis.

**S**olidum solatium non est in Creaturis:

Quicquid in hominibus quaeris aut in creaturis, perdes, & perditum senties; quia potest aliquid solatii in eis apparere, nihil autem permanere.

**S**ed in solo Deo.

Cur frustra deciperis? Stultum est mendicare à paupere, cum dives sufficienter voluerit dare.

*Iac. 1.*

Omnis creatura pauper est ad consolandum, Deus autem dives est in gratia, qui dat omnibus affluentem, & non improperat; si tamen quaeris diligenter, patienterque expectaveris.

*Gen. 8.*

2. Revertere anima, revertere columba ad Noe in arcam, ad Christum in cordis secretum,

quia

quia  
secur  
rius,  
N  
mane  
furie  
pane  
Si  
mita  
net,  
ne d  
laqu  
ris,  
N  
extr  
tute  
ba,  
rege  
ad  
de a  
fitq  
3  
enti  
ulla  
re a  
dio  
1  
tion  
rit,  
poi  
quia

quia diu foris manere non est  
securum. Reneue consolari exte-  
rius, si vis recreari interius.

Non hæ-  
rendum  
foris.

Noli cum corvo extra arcam  
manere, sed cadaver cito fuge. E-  
furiens redi, pascet te Christus  
pane cœli.

Si necessitas urget, vel infir-  
mitas aliquando ad extra te te-  
net, moram cave, redi mox intra,  
ne diluvio verborum pereas, aut  
laqueo tentantis inimici capia-  
ris.

Multæ sunt infidiæ libenter  
extra vagantis animæ, & magnæ  
tutelæ citò revertentis colum-  
bæ. *Qua cum non invenisset, ubi  
requiesceret pes ejus, reversa est  
ad Noë in arcam.* Et tu ergo va-  
de ad cellam tuam, & habita ibi;  
sitque tibi grave esse alibi.

Vbi tot  
pericula-

3. Beata anima, cujus consci-  
entia ante Deum munda est, nec  
ulla tenetur re vana; neque amo-  
re alicujus inquinata, neque o-  
dio tabefacta.

Anima  
unde  
beata,

Beata, quæ nullam consola-  
tionem ab aliqua creatura quæ-  
rit, sed omnem spem suam in Deo  
ponit.

Beata, quæ respicit omnem forinsecam & temporalem requiem, & quæcumque ad carnis pertinent commodum; atque libenter pro Christo amplectitur laborem & defectum.

Beata, quæ seipsam Deo committit, ut secum faciat, sicut illi placuerit.

Beata, quæ numquam gloriam suam quærit, nunquam voluntatem suam fieri desiderat; sed Dei gloriam & voluntatem in omnibus rebus intendit, amat & proponit.

Beata, quæ se alienam facit ab omnibus temporalibus rebus, & puram se servat apud Deum in cunctis actibus suis.

Felicitas  
animæ  
soli Deo  
inhæren-  
tis.

4. O quæcumque talis es anima, gaude & lætare non modice; quia vales jam versari in intimis & cœlestibus, & Deum laudare diebus ac noctibus.

*Ezech. 21* Beata & benedicta à Deo, cuius desideria sursum sunt. Cuius manus & brachia expansa sunt, sicut duæ alæ Cherubim. Cuius oculi mundi, ad contemplandum Deum.

Cujus omnis vigor & labor interior vadit & ascendit, & non revertitur, donec inueniat, quem solum præ omnibus amat. Et cum inuenit, tunc omnibus oblitus, sequitur eum, quocumque dilectus voluerit & duxerit.

Ut autem locutus fuerit, gaudebit ad vocem ejus dicentis: Ego dilectus tuus, unicus & electus. *Ego merces tua magna nimis.* Esto humilis ad prospera, & fortis inter aduersa.

Gen. 15.

Ecce qui diligunt me, quomodo consolantur per me. Quam dulciter putas tractabuntur, cum deposita omni molestia corporis & animæ, ad æternam requiem suscipiuntur.

5. O si tali fruere dulcedine, quemadmodum anima sancta, Deo dilecta & devota; quando sopitis sensibus, sursum in spiritu fertur, & elevatur super semetipsam in amplexus dilecti; & Deo per intimæ dilectionis vinculum copulatur.

Animæ  
sanctæ  
dulcedo

O Deus meus, cordis mei thesaurus verus, non ignoras, quin hoc doloris mei intus absconditi

uni-

unicum foret refrigerium.

Datur  
pro merito  
Dei bene-  
placito.

Sed hujus unctionis tu clar-  
gitor es & infusor. Tu doces, tu  
hortaris; tu foves, tu consolaris,  
tu provehis & sustentas; tu ducis  
& reducis; & facis cum anima,  
quam elegisti, sicut vis; & totum  
bonum est, quicquid agis & vis.

Ego verò quasi vas acidum,  
& boni spiritus tui infusione in-  
dignus, peto sacram ipsius ema-  
nationem mihi ampliari, quate-  
nus & internæ dilectionis tuæ  
dulcedinem gustare, & sacras il-  
las delicias valeam præsentire;  
quas animam tibi studiose va-  
cantem non diffido frequenter  
mereri.

Odoravi à longe aromata cæ-  
lestia, cum de anima sancta me-  
ditatus sum quædam interiora  
mentis studia.

6. Sed tu Domine scis, quàm  
rara mihi, quàm tenuis est æter-  
norum cogitatio, quam frequen-  
ter arentia verba, quam rudis in-  
tellectus & impacata conscien-  
tia, quam confusa interiora mea,  
inilluminata & indevota, nec a-  
licujus, nisi meâ solummodo  
culpâ,

In-

In  
rens  
cum  
de b  
pertr  
ccele  
ejus  
quill  
Deo  
dulce  
Et  
men  
7.  
& te  
inver  
& ser  
mula  
ma ti  
locut  
Ill  
libus  
de in  
Vi  
mnib  
solar  
Di  
meo:  
scient  
pidæ,  
neque

Interdum tamen viam quaerens ad interiora, assumptis mecum cogitationibus in secreto, de bonis electæ animæ seriose pertracto; quantæ sint lætitiæ cœlestes, ac deliciæ spirituales in ejus corde: quæ pax, quæ tranquillitas, quæ spes & exultatio in Deo salutari suo: cujus eloquium dulce, & faciès decora.

Et licet brevis sit mora, est tamen gratiosa hora.

7. Hæc autem me cogitante, & te illuminante tenebras meas, invenio super me justas querelas: & sentio per occultas gratiæ rimulas, quia talis & talis est anima tibi intime unita, & sic tu ei locutus es.

Illam tacet ab omnibus sensibilibus; & tu loqueris ei in spiritu de invisibilibus.

Videtur quasi derelicta ab omnibus creaturis: & tu eam consolaris modis ineffabilibus.

Dixi ego rursus hæc in corde meo: Væ animæ peccatrici, conscientiæ gravi, conversationi tepidæ, non habenti lumen gratiæ, neque solatium spirituale; quaerenti

Bona animæ piæ considerare utile.

En quæ & qualia sint illa.

renti lacrymas, nec inveniēti aliquas.

Pax huic, quæ Christum sincere diligit, & oculos cordis sui ab eo nunquam defleat? sed quæ placita sunt ei, semper inquit, quia in pace & æquitate ambulabit, & in gaudio ejus non miscebitur alienus.

Videbit, quod bonum est otium ejus, & gustabit, quia suavis est Dominus Deus suus, in quo confidit.

Elongabit se à tumultibus externis, & expectabit cum proventu magno adventum ejus in intimis.

Ecce sic operatur Deus in variis sibi electis: Si quis venerit ad eum, non revertetur vacuus, qui libenter dat aquam sitiēti, & panem esurienti.

Deus animam inhabitans quid operetur in ea.

8. Deus meus, cum introieris in domum amanti te animæ, nonne pasces eam tuo lacte, & deduces aliquando etiam extra se, præ abundantia tua dulcedine, ad capiendum te sine aliqua corporali imagine?

O veritas, veritas; quantum

valet &  
queris  
sine, &  
sine &  
fruitio  
tur on  
Ext  
fidente  
Sanct  
præro  
gratia  
dis ad  
& ad f  
sensu  
Rec  
dici (I  
serico  
de co  
conso  
CAP  
e  
O  
U  
Deus  
ratur  
mus,  
aman

va



valet & agit charitas! Tunc loqueris illi verbum tuum secretissime, & ostendis ei omnia novissima & antiqua in charitate & fruitione felicissima, ubi finiuntur omnia verba humana.

Ex tunc facis maxime tibi confidentem de æterna requie, de Sanctorum consocietate: quia prærogando pignus spiritualis gratiæ, valentiorum utique reddis ad speranda, quæ non videt, & ad spernenda præsentia, quæ sensu tenet.

Recordare mei pauperis mendici (Pater bone) per viscera misericordiæ tuæ, & mitte panem de cælo verum, verbum bonum, consolatione & gratia plenum.

CAP. XI. *De magna dulcedine  
& consolatione in Deo.*

**O**mnia ossa mea dicent, Domine quis similis tibi? *Psal. 34.*

Unus est, & similis illi non est, Deus meus est; & omne comparatum ei, nihil est. Dilectus inimicus, & amicus fidelissimus; qui amantem se nunquam deserit, sed

Deus amicus fidelissimus.